UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

non infertur, unam tantum dici locationem, & conceſſionem uſque ad illam tertiam generationem duraturam, ex quo alia uerba magis expreſſa, & ſpecifica, uidelicet ad terminum nouem annorum, & alia, ut ſupra, ponderata contrarium inferunt, quòd tot dicantur conceſſiones, quot fierent renouationes: ſimulque ſtare poteſt, quòd renouationes in infinitum etiam ſint faciendæ, & tamen per renouationem ſemper nouæ conceſſiones fiant, ut ſupra dictum eſt. Secundo præſuppoſito, prout uerum eſſe arbitror, quòd conceſſio dictæ poſſeſſionis tornaturarum trecentarum, & ſeptem fuerit facta ad terminum nouem annorum renouandorum &c. & conſequenter in quolibet nouēnio noua iudicat̃ facta conceſſio, & locatio per prædicta, tamen reſpondeo, ꝙ ex quo euenire poterat, quòd durante etiam primo nouennio, & ſic cōceſſione illius nouennij, tertia generatio ceſſaret ꝑ mortē nominatorū expreſsè in cōceſſione, qui ſine filijs infra illud nouennium, & ante eius finē deceſſiſſent, ideò conuentū fuit, ꝙ locatio ipſa tūc non eſſe duratura ultra dictam tertiam generationē, q̃ forte ante illud nouenniū per mortem, aut aliū caſum ipſorum conductorū finita eſſet: & qm̃ hic caſus potuit euenire, ideò contrahentes illū in conſideratione habere potuerunt, prout habuerūt, nō aūt ꝙ ipſi per ea uerba uſq; ad tertiā gn̄ationē uoluerint intelligere, ꝙ una tm̃ eſſet locatio duratura, quouſq; ipā tertia generatio durauerit, hoc.n. fortè poſſet ꝓcedere, qn̄ ſimpliciter locatio uſq; ad tertiā gn̄ationem facta fuiſſet, ut in auth. ſi quas, cū ibi not. per Bal. in 1. col. C. de ſacroſan eccl. & in corpore, vn̄ ſumitur, iūctis ijs, q̃ habent̃ per Antonium in d. c. 1. & per Alex. in d. conſi. ſecus eſt in caſu occurrēti, in quo nō ſimpliciter facta fuit uſq; ad tertiā gn̄ationē, ſed cum expreſſa adiectione certi temporis non longi, uidelicet ad terminum nouem annorum. Et ex p̄dictis, iudicio meo, plura dubia, q̃ cōtra eccleſiā cōſiderari poſſent, reſoluta remanent. In reliquis ad eleganter dicta ab alijs excellētiſſimis aduocatis me remitto. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Emphyteota res à domino ciuiliter & ab emphyteota naturaliter poſſidetur.*

2 *Emphyteota reſpectu ſuæ naturalis poſſeſſionis aduerſus dominū locatorem in poſſeſſorio retinēdæ vti poſſidetis obtinere debet, & econtra dominus, & locator reſpectu ſuæ ciuilis poſſeſſionis aduerſus emphyteotam, pronunciarique debet, vti poſſidetis, ita poſſideatis.*

3 *Emphyteota, & fructuarius ſi in eorum naturali poſſeſſione turbentur à domino ciuilem habente poſſunt contra eum interdicto vti poſſidetis agere & obtinebunt.*

4 *In interdicto uti poſſidetis exceptio dominij, ſeu proprietatis non admittitur.*

5 *Hæres emphyteotæ, & in emphyteoſi ſuccedens à non petita renouatione excuſatur, & à iure ſuo non cadit, quamuis ſcire ſe eſſe emphyteotam.*

6 *Renouationem petere emphyteota regulariter non tenetur, niſi ex pacto.*

7 *Emphyteota poſtquam rem emphyteoticam acquiſiuit, & diu poſſedit, ad præſtationem alicuius laudemij non tenetur, etiam ſi poſtea renouationem petijſſet.*

Laudemium quando, & à quo domino debeatur.

8 *Locatio in emphyteoſim perpetuam ad tempus decem annorum, non obſtantibus, renouationibus, quæ fierent, vnà durat locatio: ſecus ſi ſimpliciter facta fuiſſet ad nouem, vel decem annos, et illis finitis ad alios nouem, vel decem annos.*

9 *Dominus, & rector eccleſiæ non collegiatæ recipiendo ab emphyteota, & hæredibus ſuis ſingulis annis canones debitos ſimpliciter, & abſque proteſtatione, ac reſeruatione iurium omnem caducitatem remiſiſſe videtur.*

10 *Locatione facta ad nouem annos, & illis finitis ad alios nouem annos, tot ſunt locationes, quot ſunt nouennia*

11 *Locatio ad nouem annos, & ad breue tempus fa… alienatio.*

12 *Emphyteota ob locationem ad nouem annos fact… cidiſſe non dicitur.*

13 *Locatio in emphyteoſim ſimpliciter facta alicui … filijs, & hæredibus facta.*

14 *In feudis, & in emphyteoſi eccleſiæ quis filijs, … rere dicitur.*

EPITOME.

Emphyteotam ob non petit… nem, nec non propter locationem fa… annos, & illis finitis ad alios nouem a… non cecidiſſe in caſu huius conſilij pr…

CONSILIVM CXVI…

Qvamvis de ſimplici fu… ptione requiſitus, tamen no… uiter quidem non nulla add… poſſeſſorium concernentia …

1 ris certiſſimi ſit, † ꝙ dominus rē emph… liter, emphyteota verò naturaliter poſſ… l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. poſſ. & in l. … duobus uehiculū, ff. cōmoda. verum …

2 emphyteota reſpectu ſuæ naturalis poſſ… uerſus dn̄m locatorem in poſſeſſorio … uti poſſidetis uocatur, obtinere debeat, & … minus, & locator reſpectu ſuę ciuilis poſſ… uerſus emphyteotā, vt ē tex. cū ibi no. … sè in l. fi. ff. vti poſſi. & iō ad officiū iudici… nūciar̃, vti poſſidetis, ita poſſideatis … didit Bar. in l. 1. §. quod ait prætor, in 2. co… contingit, ꝙ vterq; poſſidet, ff. eo. ti. … vnus iuſtè poſſideat ciuiliter, & alius … iuſtè vt ſunt dominus, & fructuarius, … phyteota: † & tunc ſi habens naturale…

3 turbetur in ſua poſſeſſione à domino … pōt is agere contra dominum interdicto … tis, & debet obtinere, vt per Bar. in dictis …

4 in hoc iudicio, ſeu remedio nō poteſt opp… ptio dominij, ſeu proprietatis, vt fatentur … mè Bar. in l. naturaliter, §. nihil cōe, ff. de … traditur per canoniſtas in c. licet cām de … enim poteſt, vt alter poſſideat, & domin… ter verò dominus quidem ſit, ſed non poſſ… l. 1. §. fieri, ff. vti poſſide. ¶ Quo verò ad … rita cauſæ concernentem, vtrum emph… tur à poſſeſſione, & iure ſuo cecidiſſe ob … renouationem, necnon propter location… ad nouennium cum pacto de renouando … tem emphyteoſis ſit finita; quamuis plur… cta per dominum Conſultorem dici poſſ… breuibus agam, & ꝙ ob non petitam reno… non dicatur cecidiſſe, conſidero, ꝙ ſi cadu… ſidere͂t reſpectu domini Antonij, is ceci…

5 poteſt, quia † & ſi ipſe ſciuit ſe vt hæred… Ioannis eſſe emphyteotam, quoniam vi… torem tanquam emphyteotam ſoluere … quia ſibi denunciatum fuiſſet, uel aliter … tiā habuiſſet, tamen non ſequitur, ꝙ ipſe … tione facienda notitiam habuerit, & ꝙ … ceſſionis inſtrumenti ad illam petendam … demium ſoluendum teneretur, nam qui … rius ſuccedit, iuſtā ignorantiæ cauſam … re, l. qui in alterius, ff. de regul. iur. Nec … uit ſe teneri tanquā emphyteotā, ergo … ad petendā renouationem, ſeu ad ſolued…

6 quia † de iure cōi, & regulariter, niſi ex pacto … teota ad petendam renouationem non ten… docto. in c. 1. de precar. & in l. 1. C. de iure…

neque hoc iure cautum reperitur per Bald. in auth. ſi
quas. C. de ſacroſ. eccle. & cum pactũ fuerit factum
inter dominum, & dominum Ioannem, illud Anto-
nius ueriſimiliter ignorare potuit, prout ignorauit,
ut ſupra. Similiter † de iure cõi emphyteota poſtquã
rem emphyteoticam habuit, & acquiſiuit, illamque
diu tenuit, & poſſedit, nõ tenetur ad præſtationẽ ali-
cuius laudemij, ẽt ſi expoſtfacto renouationẽ petiiſ-
ſet, quã laudemium debetur, quando emphyteota ius
ſuum emphyteoticum, & melioramẽta alicui de con
ſenſu dñi uendidiſſe: & debetur nõ ab emphyteota,
ſed ab emptore pro habendo inueſtituram, ut in l. 2.
C. de iure emphyt. Vel quãdo eueniſſet caſus, ꝙ em
phyteota à ſuo iure ob aliquam cauſam cecidiſſet, &
à domino de nouo inueſtiri impetraſſet, tunc enim
emphyteota laudemium domino præſtare cauſatiuè
teneretur, ut habetur in d. l. fi. Vel quãdo expreſsè cõ
uẽtum eſſet de laudemio, qđ pactum in caſu renoua
tionis eſſet iniquũ, non extante aliqua caducitate, ut
in caſu occurrenti: & hoc pactũ, ut dixi, do. Antonius
ueriſimiliter ignorare potuit. ¶ Reſpectu ẽt domini
Ioannis primi emphyteotæ, nõ poteſt dici ipſum ob
non petitam renouationem à iure ſuo cecidiſſe, † qa
in inſtrumẽto conceſſionis factæ do. Ioanni contine
tur, ꝙ facta fuit cõceſſio in emphyteoſim perpetuam
ad tempus decem annorũ, quo caſu & ſi mille poſtea
renouationes factæ forent, & terq;, quaterq; decem
anni fluxiſſent, tamẽ una tantum duraſſet locatio, &
non diceretur finita, ex quo in emphyteoſim perpe-
tuam facta fuit. Secus ſi ſimpliciter facta fuiſſet loca-
tio ad nouem, uel decẽ annos, & illis finitis ad alios
nouem, uel decem annos, proſequẽdo continuè, &
perpetuo, ut eſt de mẽte Abb. ĩ d. c. 1. de precar. ibiq;
Ant. & alij: & ita diebus præteritis per Alciatũ, & per
me fuit in quadam alia cauſa concluſum: quo ſtante
infero, ꝙ cum in terminis noſtris pactum de renouã
do, ſeu de petendo renouationem, & de ſoluẽdo lau
demium fuerit factũ adueniẽte fine locationis, ut ibi
cum pacto, ꝙ adueniente tempore locationis &c. &
tempore do. Ioannis locatio nunquam fuerit finita,
ſed uſq; ad eius mortem durauerit, quia facta fuit in
emphyteoſim perpetuam, ut ſupra, do. Ioannes ſem
per canonem ſoluerit, & ſic à iure emphyteotico nõ
ceciderit, & conſequenter locatio uſque ad illius obi
tum durauerit, ſequitur, ꝙ is nũquam fuit obligatus
renouationem petere, quã ſolũ in fine locationis pe-
tere tenebatur: quæ locatio tñ in eius uita finiri pote
rat ſaltem per permutationem, quam ex pacto in in-
ſtrumento appoſito facere poterat: nam facta permu
tatione de re emphyteotica cum alia re, locatio pri-
ma quoad rem conceſſam in emphyteoſim finita di
ceretur, & tanto magis, quãdo nouus fuiſſet datus cõ
ductor, ſeu emphyteota, ut fieri ſolet, & in hoc caſu
debuiſſet peti renouatio, & laudemium ſolui, prout
de iure ſoluendũ eſt, ut in d. l. fi. & ſic pactum illud de
9 renouãdo in hoc caſu uerificatur. ¶ Præterea † cũ ipſe
dominus rector eccleſiæ ſecularis, ſeu capellaniæ, nõ
autem eccleſiæ collegiatæ ab ipſo do. Ioanne, & ab
hæredibus ſuis ſemp ſingulis annis canones debitos
receperit ſimpliciter, & abſque alia proteſtatione, ac
iurium reſeruatione, omnem caducitatẽ remiſiſſe ui
detur, ſi qua caducitas fuiſſet, qđ ex prædictis negaẽ,
per ea, quæ uolunt gl. & ſcribẽ. in c. potuit. de loca. &
gl. fi. in c. 1. in tit. quo tempore miles in uſibus feudo.
¶ Quòd autem do. Antonius nec à iure ſuo ceciderit
propter locationem factam ad nouem annos, & illis
finitis ad alios nouem annos in perpetuum, demon
10 ſtratur, nam † hoc in caſu nõ una dicitur locatio, ſed
plures ſunt, & tot, quot ſunt nouennia, ut per docto.
Ant. Abbatẽ, & alios in d. c. 1. de precariis. per Ange
lum in conſi. 183. ex forma. & ſerie, & per Alexan. in
11 conſi. 167. lib. 2. Sed † locatio ad nouem annos, &
ad breue tempus facta non dicitur alienatio, ut notũ
eſt, & habetur in l. codicillis. §. inſtituto. & ibi Bart.
& Imol. poſt gloſ. ff. de legat. 2. clemen. 1. in fi. & ibi
12 habetur de rebus eccle. non alien. ergo † ob huiuſ-
modi locationem à iure ſuo cecidiſſe dici nõ poteſt,
quoniam quis ſolum ob alienationem de re emphy-
teotica factam cadit à iure ſuo. d. c. potuit. & d. l. fi. C.
de iure emphyteot. ſed non ob ſimplicem locatio-
nem ad tradita per Imolam in d. §. inſtituto.
¶ Item quòd ob lineam finitam locatio domini Ioã
13 nis non fuerit finita, conſtat, quia † & ſi ſimpliciter
domino Ioanni ſit facta, tamen cenſetur facta etiam
pro filiis hæredibus, tum quia ſemper quis cenſetur
hæredi paciſci. l. pactũ. de probationibus. & not. in l.
14 ſi tibi. §. pactus. ff. de pactis, tum quia † in feudis, &
in emphyteoſi eccleſiæ quis dicitur filiis, & hæredi-
bus acquirere, per Imolam, & alios in l. quod dici-
tur. ff. de uerborum obligatio. & in l. patroni. ff. ad
trebellianum. & eſt text. in c. 1. de duobus fratribus
à cap. inueſtit. Et ita in prædictis breuiter concluden
dum eſſe exiſtimo. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Præſcriptio conuentionalis contra defunctum inchoata poteſt finiri contra minorem etiam pupillum abſque ſpe reſtitutionis in integrum ratione minoris ætatis, ſed non ratione ingnorantiæ, & ex clauſula illa, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur.*

2 *Caducitatem omnem dominus remittere cenſetur, canonem ſcienter, & ſimpliciter recipiendo.*

3 *Renouationem, quæ ex forma inſtrumenti in fine quorumlibet uigintinouem annorum peti debet, quis non tenetur petere, niſi finitis ſingulis uigintinouem annis.*

4 *Emphyteoſis conceſſa in perpetuum durat, donec penſio ſoluatur. Et quando, & quomodo finiri poſſit.*

5 *Periurij pœna ſolum iurantem comprehendit, & non hæredes.*

EPITOME.

PER lapſum temporis, quo renouatio emphyteoſis ex conuentione peti debebat, minor, & pupillus, qui cõducentium emphyteoſim hæres in illa ſucceſſit, temporeq; conuento renouationem non petiit, à iure ſuo ceicidiſſe non dicitur.

Vel ſaltẽ ex illa clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebiẽ, & ex capite ignorãtiæ dicti pacti de renouando aduerſus lapſum dicti tpis eſt in integrũ reſtituẽdus.

CONSILIVM CXVIII.

CONCLVDENDVM uidetur eſſe, quòd
per lapſum temporis 29. annorum, infra
quod per ipſum pupillum conducentium
in emphyteoſim hæredem renouatio peti
debebat, non dicatur pupillus à inre ſuo emphyteoti
co cecidiſſe: & in caſu, quo illi tempus conuentum
cucurrerit, ꝙ omninò ſit in integrum reſtituendus, ſi
non ex capite minoris ætatis, ſaltem ex clauſula illa,
ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe uidebiẽ, uidelicet ex capi-
te ignorãtiæ ex eo, ꝙ is ignorauit pactũ renouationis
cũ defuncto factum fuiſſe, cuius ignorãtia eſt tollera
1 bilis iuxta l. ꝗ in ius alterius. ff. de reg. iur. nã † cũ hæc
dicatur ꝑſcriptio cõuentionalis, & cõtra defunctum
cœperit, ea finiri põt contra minorẽ ẽt pupillũ abſq;
ſpe reſtitutionis in integrum ratione minoris ætatis,
ſed nõ abſq; ſpe reſtitutionis, quæ conceditur ex illa
clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur, & ratione
ignorantiæ, ueluti declarat Bar. in l. æmilius. ff. de mi
noribus & refert. in l. etiam. eod. tit. & traditur per doct.
cõiter. in l. fi. C. ĩ quib. cau. reſti. in integ. nõ eſt neceſ.
& ꝑ Abb. in c. 1. de reſti. in integ. cũ ſimil. Reſtituẽdus
ergo eſt iſte pupillus aduerſus hmõi curſum tẽporis